



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

Qvomodo Haolonvs Calypham Saracenorum prophetam euerterit, &
coniunx Haoloni quæ fuerit. Capvt VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

QUOMODO HAOLONVS
CALYPHAM SARACENO-
rum prophetam euerterit, & con-
iunx Haoloni quæ
fuerit.

CAPVT VI.

Quoniam antea Calyphe Saracenorū
Prophetæ, mentio facta est, æquum
censeo, vt paucis, quomodo diem obierit
suum, aperiam; quod ita prosequar. Dedi-
tione facta acceptaque munitione, Tyga-
do, Calypham, qui ibi vinculis detentus
fuerat, vna cum suo thesauro ad se Haolo-
nus adducere imperat. Qui postquam ad-
ductus fuerat, Haolonus eum ita affatur:
Affirmasne omnem hunc thesaurum,
ad te pertinere? Pertinere respondit Ca-
lyphas. Iterum dixit ei Haolonus. Quare
habens tantum thesaurum, militem, qui
te tueri, finesque tuos à Tartarorum in-
cursu arcere potuisset, non cōscripsisti?
Rebar, inquit, mihi potius super futuras,
quàm defuturas militum copias. Rursus
eum Haolonus alloquebatur, dicens.
Quandoquidem habitus es omnium secta-
rum Mahumeticarū tantus magister, & ab
omni.

omni.

omnibus magnis honoratus præmijs, non alia ferculorum genera tibi, quàm thesaurus tuus pretiosus, quem vnice dilexisti, summaque diligentia adseruasti, in cibum præponetur. His dictis, extemplò Calypham custodiæ in quodam cubiculo tradi mandauit, eique vniones & aurum, vt vtriusque quantum liberet frueretur, proposuit. Inhibuit etiam, vt neque cibi neque potus quippiam ei administraretur. Quod factum est. Itaque horribili mortis genere, è medio sublatus est; post eum verò non amplius aliquis Calyphas Baldacus reperiabatur.

His omnibus confectis, acceptoque Baldaco, Haolonus in omnibus regionibus à se subiectis, Capitaneos & gubernatores suo pro arbitratu constituit, mandans vnique, vt Christianos benignè & comiter vbique locorum tractarent, omnesque munitiones insuper eorum fidei concredidit. Quod autem Haolonus post susceptum baptisma, tam fortiter à Christianorum partibus staret, non erat hæc solum ratio, quod primùm Christianus effectus fuerat, sed multò magis, quod à coniugis suæ DEVCOSCARON dictæ, monitis ad hoc faciendum, impulsus fuerat, quæ è stemmate trium regum, quos stella

cum

cum donis Bethlehem duxit, vt Christum recens natum adorarent, originem traxerat. Fuit sanè hæc admodum pia, verèque Christiana mulier: nam sine intermissione licentiam petijt, vt Turcærum fana destruere, ac demoliri posset, vtque penitus è memoriâ hominum Mahumeti nomen tolleretur. Sed neque hæc fuit vna ex vltimis causis assiduitatis Haoloni; nempe, quod Haolonus penes se multo tempore Haytonem, Regem Armeniæ affinem suû habuerit, qui eum non minus, quam Deucoscaron coniunx omnem pietatem docuerat, in fide confirmarat, & vt in Turcas bellum moueret, intitârat.

QVOMODO REX ARMENIAE, SOCER IMPERATORIS Tartarorum factus sit.

CAPVT VII.

Thomas Bozius lib. 5. cap. 1. de signis Ecclesiæ Dei de Tartaris ita habet: Tartari sunt in confinibus Polonici regni, & plurimas superioribus sæculis prouincias, in suam potestatem redegerunt in Asia, domitis Mædis, Persis, Parthis, &

R

alijs